

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber chronicarum

Schedel, Hartmann

Augsburg : Schönsperger, 1497


De opere prime diei

[urn:nbn:de:bsz:31-51361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-51361)



mundū prius materiam de qua fecerat prepa-
rauit. ex eo quod non erat. Quod intellexerunt
forte et sarraceni dicentes. Eductos angelos a
deo de tenebris ad lucem. adimpletosq; eterna
leticia. In quibusdam tamen indolis diuine
stirpis non permansit. Auctorem huius rei ex
bono per se malum effectum greci dyabolum
appellant. nos criminatorem vocamus. Ter-
ra erat inanis (vt transtulit diuus Hierony-
mus. vel vt septuaginta) inuisibilis et incom-
posita. Quam pro sui confusione abyssum vo-
cat. quam et chaos greci dicunt Abyssum vo-
cat terram. id est materiam trino dimensu in
altissimas profunditates extensam. de hoc et-
am Ouidius meminit. Antemare et terras et
quod tegit omnia celum. Vnus erat toto na-
ture vultus in orbe. Quem dicere chaos rudis
indigestaq; moles. Nec quisq; nisi pondus in-
ers. congestaq; eodem. non bene iunctarum
discordia semina rerum. Nullus adhuc mun-
do prebebat lumina titan. Et spiritus domini
organum diuine artis crebatur si per aquas
vt voluntas architecti cum cuncta ad faciendū
disponit. Cum perfecta sint opera dei. Creatio
rerum senario numero explicatur. Cuius par-
tes vnum. duo. tria sunt. que in trigonum sur-
gant. In primo creationem. In secundo et ter-
tio dispositionem. In reliquis ornatu; Moy-
ses per opera ser dicitur ostendit.

In principio creauit
dens celū et terras. Terra autē erat ina-
nis et vacua. et tenebre erant sup faciem abissi
et spūs dñi ferebat super aquas. Moyses diui-
nus ppheta atq; hystoricus. q̄ troianū bellum
septingentis fere annis antecessit edocet quo-
modo deus machinator constitutorq; rerum
cū hoc opus adiretur. fecit primū oim celum
et in sublime suspendit. qd̄ esset sedes ipsi⁹ dei
conditoris. deind. terrā fundauit. ac celo subdi-
dit. Tenebras autē constituit in terra. Nihil enī
per se continet luminis. nisi accipiat a celo. In
quo posui lucem pereman. et superos et vitas
perpetuam. Et contra in terra tenebras. et inse-
ros et mortē. Moyses vero cū deum creasse cō-
memorat tres errores Platonis. scz Aristotilis
et epeani elidit. Plato enī ab eterno deū ydeas
ylen. Et in principio de yle mundū fuisse factū
testatur. ylen greci primā materiam rerum nō
formatā appellant. Qua visibilia hec elemen-
ta formata sunt. que quadam concordia con-
ueniunt. Auntq; ceteri de materia et forma.
aut de athomis factis fuisse. deus tamen mun-
dum sine preiacenti et preparata materia crea-
uit. cum prudentissimus esset ad excogitandū
et ad faciendū solertissimus anteq; ordinet.
hoc opus mundi. quoniā pleni et cōsummati bo-
ni fons in ipso erat. vt ab eo bono tanq; riuus
ouiretur. Angelos in principio omniū creatu-
rarum primordiales fecit. et ex eo quod non est
q; per eternitatem sortis est. per fortitudinē po-
testatis immense. que sine ac modo caret. sicut
vita facturis. Quid ergo mirum si facturus



Dixitq; deus fiat lux. et facta est lux
Et vidit deus lucem q̄ esset bona. Et
diuisit lucē a tenebris. Appellauitq;
a iij